



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Liber Theologiæ Moralis, Viginti Qvatvor Societatis Iesv  
Doctoribvs Reseratvs**

**Escobar y Mendoza, Antonio de  
Lvgdvni, 1659**

IX. Tempus recitationis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41066**

recipere. Probabilius arbitror esse necessariam; quia Ecclesiarare præcipit, ad quod attentio necessaria est. Etsi autem rectè actum internum non possit præcipere, potest planè novi subest extero. Scio in quacunque sententia sufficien-  
tiam esse attentionem vel ad Deum, vel ad sensum verborum vel ad ipsa verba; hæc enim quæ minor est; confusam inter-  
num aliqualem attentionem includit.

50. Involuntariè à toto Officio attentionem auerti: an te-  
naciterare? Minimè; (secus si voluntariè) quia exprimens  
vocem præcepti substantiæ fecisti satis.

51. An inhibent attentionem externæ aliqua actiones, ab-  
laudi scilicet induendi? Absque crimen lethali possunt cum  
recitatione copulari; quia ex habitu ad huiusmodi actiones,  
non impediunt notabiliter. Porro necessitas te, & à veniali  
crimine liberaret.

## C A P V T I X.

## Tempus recitationis.

52. **Q**uonam tempore Officii hora recitanda? Ut à mortali  
peccato abstineas, sufficit' recitare à media nocte  
vnius diei, usque ad medium noctem alterius, qui dies vnicus  
naturalis est. Vti nec veniali fœderis, & publicæ recitationi,  
& priuatæ tempus Horarum præscriptum est.

53. Qui hodie non recitat, debo ne crastina die supplere?  
Non; quia diei onus, quemadmodum ieiunium.

54. Quodnam piaculum sit anteponere, aut postponere Ho-  
rarum recitationem? Nullum ex causa; quia huiusmodi reci-  
tatio nec quoad substantiam, nec quoad modum aliqua labo-  
rat deformitate. Profectò moderata antepositiō, aut postposi-  
tio v.gr. vnius aut duarum horarum, etiam sine causa & ex  
confuetudine venialis non est. Si autem notabilis sit à veniali  
non liberatur, suario auctore.

55. **Q**uanto tempore potest anteponi Matutinum? Scio San-  
ctum infra citandum afferre ex aliquibus prima aut secunda  
hora post meridiem posse sequentis diei Matutinum recitari  
fine culpa mortali. Ego quidem, post diligenter Doctorum  
recognita placita, assero quarta post meridiem hora, in modo ter-  
tia cum dimidia, ad summum tertia posse iuste recitari; quia  
vñius Romanus communisque Ecclesiæ mos suffragatur. Pro-  
fectò omnis antepositiō usque ad secundam horam cum di-  
midia

636 *Moralis Theologiae Tract. V. Virtutes*,  
midia suprà assignatam à veniali culpa immunis non tr.  
Qui autem hora prima , aut secunda ante meridiem reg-  
taret,mortali crimine fœdaretur; quia ante tempus Vesperis  
consignatum, sequentis diei Officio intempestivè operan-  
daret. Si autem consuetudo tulerit, hora tertia, aut secunda  
cum dimidia post meridiem poterit Matutinum recitare  
veniali piaculo. At adhuc ad meridiem allicere priuilegium  
ita ut hora prima,aut secunda recitetur, non erit usus legi-  
mi,sed abusus ; quia tempus ab Ecclesia celebrationi Vespe-  
rarum deputatum antequertitur.

## CAPUT X.

### *Causa excusantes à recitatione.*

56. *Veniam à recitatione Horarum causa excusant*: h.  
primis excusat naturalis obliuio faciendi, / nus  
pene est impossibilis. 2. Breuiarij inculpabilis carentia. Si  
culpabilis fuit, tunc vnicè delinquitur, quando v.gr. præmisa  
impossibilitate recitandi futura Breuiarium in pelagus ini-  
titur; post pœnitudinem autem non peccatur. 3. Loquendi im-  
possibilitas. 4. Cæcitas. Nec tenetur Horam integrum quam  
memoria tenet recitare , imò nec integrum commune, az  
speciale Officium ; quia Ecclesia præscribit variationem  
per ferias, ac sanctorum solemnitates. *Possim cæcus Psalmos*  
*recitare, &c. à socio exorare , uti legat me audiente lectiones.*  
Potes quidem, sed non teneris. *Adest dies, cuius integrum Offi-*  
*cium memoria teneo. Isto solummodo teneris recitare. Surda*  
*me ipsum non exaudio. Adhuc recitare teneris.* 5. Grauis ægri-  
tudo, quasi corriperi, haud necessarium Medici aut superio-  
ris consilium. *Dubito de infirmitatis sufficientia.* Consule Me-  
dicum, vt declarerit, Superiorem adi ut in aliquali dubijs formi-  
dine dispensem. *Quanam agitudo grauis reputanda?* Febris  
dolor acutus seu capit is, seu stomachi, &c. *Possim agrotum*  
*diamplius Officium , aut Horam integrum recitare.* Non ten-  
eris ; quia nunquam posset iudicium moraliter certum feri-  
quandonam ægrotus à lege recitandi omnino liberare, cum  
nulhus tam æger ( communiter loquor ) qui non possit  
Completoium recitare. *Ægritudo , v.g. Quartana indolens*  
*interuallum.* Assero non liberari ægrotum diebus vacantibus  
à recitandi lege, nisi debilitas nimia , aut futurum damnum  
excusaret, *Suar.* Doctore. 6. Mortis metus, secluso scandalo,

*Iudicium*

*Suar.*